



## Philosophical Transactions

Please note: Due to an error in the print volume, the page numbering in this article may contain either page numbering skips, or page numbering repetitions, or both. However, the article content is presented in its entirety and in correct reading order.

**Please click on "Next Page" (at the top of the screen) to begin viewing the article.**

tent, which was equal to 25 ounces, of Common Water, allowing for the Iron and Pedestal. This Air, produc'd from Gunpowder, I find to be actuated by heat and cold as Common Air: For, holding my warm Hands upon the Receiver, the Mercury in the Gage would immediately descend, and rise again when reduc'd to the temperature of the outward Air. This I repeated several times, with the like success. What more occurs in this Experiment is, Why the Explosions of the like quantities of Gunpowder should be greater when Resisted by Air, than in *Vacuo*, where nothing seems to hinder the Extension of their flame.

---

VIII. Georg. Joseph. Camel. *De Plantis Philippen-sibus Scandentibus; Pars Tertia. Ad Jacobum Petiver, S. R. S. nuper transmissa.*

106. *Coccineus Piscatorius Levanticus, seu Orientalis, Indis Legtan, Laetan, Libtang, Lingtangbaguin, Talataloan, Soma vel Suma, Lanta & Tuba.* Universas Indias plurimis, maximisque abundare volvulis, omnibus, qui Indias adierunt, constat: Ad quod, ut opinor, plurimum facit continua illa, & Indijs plerumq; omnibus communis, continuò vernans, & semper florens aestas. Hinc in *Luzone*, *Rosa*, *Malva* utraq; *Belmuscus*, *Tuberosus*, *Hyacinthus*, *Pancratium*, *Matricaria*, *Gumamela*, *Stramonium*, & nonnullæ arborum, nullo servato ordine aut tempore perpetuò florent. *Ruta*, *Majorana*, *Cheyri*, *Betonica*, *Mentha*, *Faba*, *Cicer*, *Brassica*, *Carduus Benedictus*, & alia Europæa nunquam florere visuntur; sed statu florem lato, nova à radice protrudunt germina, ulteriori inservientia propagationi: Hinc *Balimbin*, *Gamia*, *Papaya*, *Palan-*

*Palantang, Zapote, Caxel & aliæ arbores ferme semper & flore, & fructu maturœ, immaturòve onusstæ conspiciuntur.* Hinc multæ Herbarum fruticescunt, ut *Fagaria*; Frutices arborescunt, ut triplex *Sambach Arabum*; plantæ aliæ in Volvulos excrescunt arborescentes (quos *Bexucus* vocant; de *Bexuco* autem *Arundine*, & ita propriè dictos scripsi inter *Plantas humiles*, titulo *Arundinis farcta*) vicensis alte, longèq; sese insternendo: Ex quorum numero & censu nostra est planta *Cocculus levanticos*, seu *Baccas* ferens *piscatorias orientales*, quæ Radice serpit longissimam, crassam pro proportione plantæ. *Sarmentis* similiter longissimis, quibus Arbores altissimas scandendo superat; et, ut ferunt, nonnunquam centum *Orgyiaram*; crassis uncias quatuor, & sèpe brachium; scabris, subfuscis, facie junctoris *Quercùs*; horum, & radicum lignosa materies levis est, corticosa, porosa, flavens, tingens, amara, subadstringens, facilè friabilis aut rasilis, & transversim dissecta, triplici aut pluribus, affulatim, radiatimq; parallelis ferme circulis distincta. *Folia* subrotunda in mucronem abeuntia, spithamea, aut pedata, quinquenervia, per remotiora intervalla, spithameis alternatim appensa pediculis. *Florem* aiunt exiguum esse, & candidum. *Fructus* in racemum congestus, sat notus, de quo vide *Schroderum* in Appendix. Indi *Bayoti*, & *Talatalaroan* vocant, ob *Baccas* plurimas simul conglomeratas, quæ maturæ rubent, & in bicubitalibus racemis creberrimæ congeruntur, unde quandoque libræ sex baccarum ex unico racemo colliguntur. *Radix* tantæ est aestimationis apud *Indos*, ut vulgo *Radix omnia Sanans* audiat. Datur rasuræ *Radicis* aut *Sarmenti* zib, internè in diarrhæâ, inappetentiâ, concoctione lassâ, ciborum indigestione, seu cruditate, & exinde ortis ventris, & ventriculi cruciatibus, flatibus, colica. In peste item, morbis contagiosis, Febris malig-nis, intermittentibus, veneni periculo, Morbo Gallico, & obstructionibus insignioribus profuit *Petro de Sylva*, reiteratò datus potus ex *Scobis* Cort. Orient. *Suma, Caynta-*

*na, Alagao, Tumahela* aa Ө<sup>3</sup> *Macayza* gr. jjj. M. Desforis imponendo *Cataplasma* ex iisdem *Sulphure, Aceto, & Oriza nigra* commixtis. Decoctum aut infusum radicum visum clarificat. Scobs vulneribus recentibus inspersus ea cicatrizat, Ulcera humentia desiccat, sordida et putrida mundificat, detersit, & sanat. *Fructus Bauhinus* contra pediculos ad Podagram in, cataplasmate *Riverius*, pro punctione medica *Zacchius Botanici*, & omnis *India* commendat. Attamen remedium magis efficax ad interimendos *Crocodilos Caymanes*, hujates *Indi* non habent. *Piscationi medicae* deservit *Coccus pisatorius* orientalis. *Pinca Molucana*, seu *Curcas*. *Fructus Arb. Calbungan*. *Nucleus fructus tetragoni* C. Clusii, *Bitoon*. *Camaysa, Lugmon*. *Folia Apocyni No 7, & 13.* seu *Tibalau*, & 16. seu *Table*. *Fruticis Burao, Tigao, Culifao*.

*Lactang* flavo tingens sarmentum in mentem revocat *Gumi guttam*, quam *Sinarum Vulgus Tieping*, *Mandarini Thiengjuan* vocant, id est *Flavum Convolvuli*, cuius autem convolvuli nescio. *Folium pani Gumi guttae* impactum habui, bipalmum amplum, nervi à medio recte excurrentes plures, & conjugati erant, parte supernâ fuscum, inferna alba oblitum lamigite, pediculus brevis. Una cum hrstis folij fragmento adhaeserat seminis putamen, nigrum, tersum, crassissimum, & coronidis loco quasi foraminulatum, simile putamni glandis *Colocassie*, & à *Coccili* orientalis distinctum.

<sup>107.</sup> *Lactang* *altera*, *Folii*, & *fructibus* luxuriat. multò Fig. habetioribus.

### Sect. IX. Scandenres Juligeræ.

<sup>108.</sup> *Piper longum usuale* 1. *Indi Cagascas* vocant; fert *Fig.* *Folia oblonga*, ferme palmum lata, & yix non palmos daos longa, sed & majora, aut immota, alterne exentitia, nervis longioribus a inedio procedentibus exarata, sed mimis luculentis, quam *Buycobuyoc*, ferventia, subamara,

Aa a a a a a a a a

atrc

atro-virentia. *Fruitus seu racemosus Julus*, ut siccetur, colligitur immaturus, viridis, & antequam efflorescat; floridus mollescit, & flavescit, & crudus editur, aut aceto maceratur in acetarij. Provenit autem singularis e geniculo ex adverso folijs, ut fructus *Betele*, & *Buyiocbuyioc*. *Flos* flavus est, & decussatim appensus.

*Pig.* 109. *Piper longum usuale, & edule* 2. Indi *Porongnang-nito* vocant. Passim provenit, & specialiter in monte *Quadelupe*. *Folium* habet priore minus, in quo nervi à medio excurrentes plures sunt, & breviores, alternum, & magis mucronatum, fervens, nec americans. *Sarmenta* ejusdem saporis. *Julum* è regione folij alterius enascen-tem, crassitudinis fere digitii auricularis, longitudinis sesquiuincialis, in quo *Baccæ* virides, maturæ rubentes, *Coriandro* pares, sparsim insident.

*Vig.* 110. De *Betele*, *Betre*, *Tambut Arabum*, seu *Itmo* optimè, & fusè *Garcias* ab *Horto*. Masticatorium vero illam *Offam*, hujatibus Indis *Mavin*, seu *Buyo* dictam, ab *Indis*, & *Hispanis* tantopere, itmo vitiosè expeditam, ex folio *Betele*, *Bonga*, id est *Areca*, momento calcis ex *Ostreorum* testis factæ, & tantillo seminis *Damoro*, id est *Danci Cretici* componunt. Quod *Buyo* ne unquam deficiat (multi etenim cibo potius aliquamdiu, quam *Buyo* abstnere malunt) statutis diebus ex *Lacu Baij*, ubi plurimum colitur, *Manilam* certa navicula (præter quotidianas, incertas, & minores) folio *Betele*, & fructu *Arecæ* onerata venit. In tantum autem usus, vel potius abusus *Buyo* succrevit; ut *Manilæ* sumptus in *Betele* annue ultra centum, & quinquaginta millia imperialium excurrant.

111. *Betule edulis species altra*. Omnes autem *Betele* vesci, uti & *Buyiocbuyioc*, seu *Betele sylvestris* medicinalis species, species sunt *Piperis longi*, in umbrosis, lento reptatu, arbores scandentes.

112. *Betele Majicatorium*, seu *edule* 1. Indis *Itmo*. Repe-ritur duplex, Sarmenti rubri, & Sarmenti albi. Hoc By-saiæ *Caninguguin*, id est *Cinamomeum*, illud, seu Sarmenti rubri *Catuanen* vocant: utrumq; valde aromaticum est, optimum

optimum præ cæteris, & laudatissimum ; majbris virtutis Indis sunt Sarmenta. *Folia* habet lata, ut *nigrum*, sed magis tenera. *Fructus* exsiccatus, aut etiam Sarmenti fragmenta, foliorum loco deserviunt in itineribus transmarinis.

113. *Betele Masticatorium alterum*, Indis *Malaitmo*. *Folium* minus, minus fervens, & masticatum nescio quid dulcedinis, & saporis *Anisi* resipit. Hoc aestimatur à foeminiis.

114. *Betele vescum 3.* Indis *Lilit*, *Saoq*, & *Sanguito* ; in *Malabar*, & *Malayo Malabetre*. *Folium* fert magnum, oblongum ; *Fructum*, seu *Julum* cinereo virentem, Julio *Betele legitimi* tenuiorem, & pipere longo duplo longiorum, aromaticum, mordicè acrem, & semine repletum ; quem *Poro*, & *Deling* vocant ; & pariter, ut *Julum* *Piperis* longi, & *Betele legitimi* aceto conditum. *Folio* utuntur in defectu priorum.

115. *Betele vescum 4.* Indus *Sabia*, & *Bujobuyo* ; Ni-fig. rembergius *Tlatlaménaye* appellat. *Folium* gerit, & *Fructum* omnium maximum, spithameum, nervis a medio precedentibus sine ordine, arcuatim reflexis. *Fructus* digitum crassus, carnosus, sesquiuncia longior, rubens maturus : in *Bay*, & *Tanaquan* vocatur *Oyon*, aut *Viyon*.

116, 117, 118. *Betele 5. 6. & 7.* seu *Alagbati*, *Hunobélatri*, & *Bobon* minus aromatica sunt præcedentibus.

119. *Betele 8.* seu *Ducmao* amaricata.

120. *Betele 9.* seu *Tolonsapa* male olet.

Differunt sapore, colore, magnitudine folij, & fructus. Sapor omnibus plus, minusve fervens & aromaticus, cum quadam adstringitione. Hinc halitum, & foetentem emendant animam ; adstringendo gingivas confirmant dentes ; confortant ventriculum ; reprimunt nauseam, & vomitus ; famem minus molestare, & dolores quoescunt ; minus sentire faciunt masticata per se, vel cum *Arecā*, & conchyliorum calce : inebriant etenim inassuetos. *Betele* compositi masticati rubens *succus* vulneribus recentibus conducit, praesertim partium verecundarum. *Folium* :

A. a. a. a. a. a. a. a. a. a.

sub.

tub cinere coctum vertici imponitur utilissime in rheumatice; ventri in cholice; ventriculo in inappetentia, & doloribus a flatibus; fronti, & temporibus in dolore capitis. Succus adustis illitus non sinit vesicas fieri; hydropticis propinatus aquas elutriat intercutaneas; contra venena, venenatorum animalium ictus, contagium, epilepsiam, tremorem cordis, scorbutum, & naufragium exhibetur cum levamine. Vulneribus infusus, & ipsum folium conatus, calfactumq; superimpositum, ea brevi cicatrizat. Succo Betele Byssiarum Indi olim defunctorum corpora solebant condire.

*Buyobuyo*, vel *Buyioebuyioc* vocant alias species *Betele sylvestris*, non vescas, medicinales. *Buyobuyo*, id est *Buyo pomilum*, alijs *Itmonahas*, id est *Buyo Simiarum*.

Fig. 121. *Primum*, & minimum *Foliola* gerit vix uncialia, aut sesquuncialia, formae cordis bene effigiati. Gaudet Saxonis: Saporis est acerrimi.

122. *Secundi* folia *Piperis longi* folijs minora; *Sarmenta nigra*, & aspera; saporis ferventioris *Buyo legitimi*.

123. *Tertium* piper sapit; *Sarmenta viridibus maculis variegantur.*

124. *Quarti* Sarmentum primò *Betele* sapit, mox amaricat.

125. *Quinti*, *Sarmenti* color extimus luteus, intimus palearis; *cortex* crassus, spongiosus, amarus cum stypticitate.

126. *Sextum* longa serpit radice, ut *Piper longum*; & pariter longis scandendo repit viticulis, crebro geniculatis; ad quæ alternatim exirent *folia*, *Piperis longi* modo oblonga, sed septem luculentioribus nervis distincta, mortificantia, ut piperis longi.

Fig.

Vires

Omnes *Buyobuyo* species varijs deserviunt remedijs: adduntur medicamentis alexipharmacis; imponuntur in cataplasmate utiliter Membris syderatis, ventriculo in vomitibus, dolore, diarrhoea per se, vel cum alijs; in impotentia ex philtro propinatur pulveris radicum quinti ad

ad 3j cum aqua cinamomi ; vulneratis verò sagittis intox-  
icatis cum marinâ, vulneratis à viperâ cum *Manulgâ*, &  
vulneri imponitur.

127. *Betele Monstrosum fatuum* vocabimus plantam, Fig.  
quam Indi *Tampinbanal*, *Bilaco*, *Tirbatib*, vel *Dibatib*,  
*Dalicucup*, *Balicucup*, *Pacpaclavin*, *Daiya*, *Malapaepacbalavay*,  
id est *Betele Milvi*, *Tarban*, *Tacoling*, & *Horog* vocant ob  
similitudinem fructus, et si monstrosum. Videtur autem  
esse *Lignum Colubrinum*, *Hederaceum*, folijs *Bryoniae Acoftæ*.  
Vide *Sciagraphiam Stirpium Dom. Chabrei* fol. 123. *Folia*,  
qualia *Chabreus* describit, cubitalia, & sesquicubitalia.  
*Radix*, seu ravis sarmentum crassum 4 aut 8 unciarum,  
geniculatum, virens, tersum, ad genicula radiculos emit-  
tens, ut *Betele*. Utuntur radice ad dentes denigrandos,  
ut apicibus arboris *Tarisay*, seu *Hitam*. *Fructus* est Spi-  
thameus, oblongus, coloris ex cinereo viridis, totus  
tessellatim squamosus, ut fructus *Athe*, compactus ex den-  
tibus, ut fructus *Nino*, strobilus. *Folio* sub cinere cocto  
utuntur utilissime in juncturarum dislocationibus, dolori-  
bus ex luxatione, & tumore testium ; vocant *Tampus*, seu  
*Haclup* ipsam plantam, id est cataplasma, ab usu, cui  
deservit. Sarmento vires *Guaiaci* tribuunt, & ad *Hydropem*  
commendant.

Sect. X. Scandentes, flore campanulato, & plura se-  
mina in uno pericarpio habentes.

128. *Smilax levis*, seu *Ligustrum album majus Luzonis*, Fig.  
*Lactaria Mezues*, *Scammonij*, aut *Mechoaca* Species, Indis  
*Togdalag*. Altissime autem quam plurimis, longissimisq;  
scandit funiculis, rubentibus, verrucosis, seu nodosis. *Fo-*  
*lium* alternum ad summitates proveniens amplum est, ro-  
tundiusculum, & in mucronem desinens, ut folium *Me-*  
*choacanensis Volvuli*, aut *Scammoniae Monspeliace*, sed alter-  
num, non conjugatum : Magis autem adulta folia, alia  
quasi *Campana cerulea* evadunt tricuspidata, alia quinque-  
lobata,

*lobata*, ut folia *Bryonie*. *Flos magnus*, candidus, campanulatus, ut flos *Stramonij*, bipalmum hians, adaperitur noctu, interdiu solis marcescit calore, quo à *Convolvulo Bonae noctis* differt: Ex spithameo tubo umbilicus, & quinque supereminent stamina, crocis fastigiata. *Semen* in vasculis, qualia *Convolvuli Bonae noctis*, oblongum, nigrum, albâ, spongiosa, & dulci, uti est fructus *Chamochili*, obvolutum massâ. *Radix longa*, comata cirtis. Cæterum tota copiose lactescit planta. *Ufus nullius*, quod sciam; *Chabréus Smilacem* lævem resolvere, maturare, detergere, & aperire scribit.

129. *Smilax laxis*, seu *Ligustrum album alterum* ex Java allatum; caulinos impellit pauciores, nec rubentes, nec verrucosos. *Folia tantummodo* subrotunda. *Flores* similes etiam prioris, ex prælongo, graciliq; tubo in calathum quinis hemicyclis radiatum abeuntes, præcœces, cerebriores, & suaveolentes; verum similiter, ut *Convolvuli Bonae noctis*, contrario modo, noctu videlicet dehiscunt, oriente sole marcescunt. *Semen* est album, oblongum, ut prioris, in vaseculo ex rotundo mucronato. *Radix alba*, cirrosa.

130. *Smilax*, seu *Ligustrum Luzonis cæruleo-purpureum*. Sarmentoso-lignosis virgultis arboribus innectitur, & irretitur. *Folia alterna*, subrotunda, obtusa, palmaria, crassa, hirsuta & incana. *Flos palmaris* est Campana, dilatata tincta purpura; & stellâ candidâ, ac hirsutâ gratiose discriminata. *Vasculum* folliculosum, orbiculare, & lactescens, angulosa & nigra habet semina.

131. *Campana purpureo-violacea* fluvij S. Petri, Indis

132. *Campana nitidissimè cærulea*: Indis

133. *Smilax*, seu *Ligustrum Luzonis flavum*, Viticulos habet lactescentes; *folia* palmaria, alterna, hederacea; *florem* uncialem campanam, flavam, decem hemicyclis limitatam; *Semen* parvum in orbicularibus vasculis.

134. *Campana alia*, seu *Convolvulus albus minor*: Planta tota subhirsuta, vix lactescit: *Folia* palmaria, & majora, ex subrotundo mucronata: *Flos* campanula solem sustinens, decem-

decem hemicylis marginata, pallida, cuius Stella flavescit, infundibuli autem umbo atrè purpurascit: *Semen* in orbiculari, & sessili nodo, foliolis insidente, quaternum, quasi ex triangulari lenticulare, dilutè fuscum, durum.

135. *Gulingulin Volvulus*, vel *Campana lactescens*. *Capillulos* spargit crebros, triquetre cristatos, rubentes, vietos, & pertinaces. *Folia* sunt hederacea, alterna, mucronata; *Semen* grana nigra magnitudine Pisii, communiter quatuor in uno pellucido, & tenuissimo pericarpio, quinis convexis, & majoribus insidente alabastris.

136. *Campana flore congesto prima*. *Folio* luxuriat hedera-Fig.  
ceo, pubescente, vario, subrotundo, oblongo, aut tricuspidato. *Semen* nigrum, angulosum, pilosum, in pericarpijs similibus *Campanæ Lazureæ*, quinqueungui inbarentibus caliculo, sed non sparsim, ut in illâ verum in corymbum majorem ex ferme 80 aut 90 congestum.

137. Altera simile huic gerit folium, uti & seminis pericarpia in Corymbum congesta, at minora; & semen cinereum minus, & pilis carens.

148. *Campana alba folio heptaphyllo*. Incana est Planta, & villosa. *Folia* alterna, in longis pediculis, in septem divisa lobos; è quorum regione *Flos campanulatus*, albus decem radiatus hemicylis, et Stella quinq; radiorum ornatus. *Semen* parvum, et nigrum, in dupli, folliculoso vasculo, aut Calice.